(C.) ⁝In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. — — Quapropter noverit omnium Christi nostrorumque fidelium presentium scilicet ac futur[orum][a]) industria, qualiter nos pro remedio animae nostrae parentumque nostrorum nec non dilectissimae contectalis nostrae Cvnigundae videlicet imperatricis augustae Merseburgensi aecclesiae in honore sanctae dei geni[tricis Ma]riae[a]) perpetuaeque virginis nec non sancti Iohannis baptistae sanctique Laurentii martirum — — constructae — — Porkesdorp et predium, quod Geronis fuit adhuc pertinens, situm in pago Hassaga, in comitatu vero Thiederici comitis, ad usum fratrum deo ibidem servientium — — per hanc nostram imperialem paginam concedimus atque largimur — —

⁝Signum domni Heinrici Romanorum (M.) invictissimi imperatoris augusti.⁝

⁝Guntherius cancellarius vice Aribonis archicappellani recognovit.⁝ (SJ.)[b])

Data III. non. oct.[b]), indictione IIII., anno dominicae incarnationis millesimo XXI.[c]), anno vero domni Heinrici secundi regnantis XX., imperii autem VII.; actum Mersburc[e]).

66.

Kaiser Heinrich II. schenkt dem Bischof Thietmar und der Merseburger Kirche die zwischen Elster, Pleisse und Parthe gelegene Stadt Leipzig. **Merseburg, 1021 Okt. 5.**

Hdschr.: Or. (?) Perg. Stiftsarchiv Merseburg.
Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 8,1. Stumpf 1770.
Anm.: Wegen der Unächtheit vergl. Einl. 159 Anm. 287. S. A. 298 Anm. 287.

⁝In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricus divina ordinante providentia rex. — — Quapropter noverit omnium Christi nostrorumque fidelium presentium scilicet ac futurorum industria, qualiter nos pro remedio animae nostrae parentumque nostrorum nec non dilectissime contectalis nostrae Chunegundis videlicet imperatricis auguste Merseburgensi ecclesie in honorem sanctae dei genitricis Marie perpetueque virginis nec non sancti Iohannis baptiste sanctique Laurentii martyris a parente et antecessore nostro Ottone primo imperatore augusto constructe, postea vero peccatis exigentibus destructe, per nos autem divina propitiante gratia recuperate unum oppidum Libziki nominatum situm inter Alestram, Plisnam et Pardam fluvios — — per hanc imperialem nostram paginam donamus, concedimus atque largimur prefate Merseburgensi ecclesiae ipsiusque provisori venerabili Diethmaro episcopo et de nostro iure ac dominio in eius ius et dominium omnino transfundimus — —

⁝Signum domni Heinrici Romanorum invictissimi imperatoris augusti.⁝ (M.) (SJ.)[a])

⁝Guntherius cancellarius vice Aribonis archicappellani recognovi.⁝

Acta III. non. oct., indictione IIII., anno dominicae incarnationis M. XXI., anno V. domini Heinrici secundi, regni autem XX.; actum Merseburch.

65. *a) Loch. b) = Römer No. 24.* c) NON̄. OCT. *d)* MILLXXI. *e)* ɷERSBVRC.

66. *a) S. gut erhalten, aber es ist nicht zu ersehen, ob = Heffner II, 19 oder 20.*